CATALOGUS

Librorum Tractatuumq;

PHILOSOPHICORUM,

A

Dom. *Roberto Boyle*, Nobili Anglo

Scriptorum;

UNA CUM

ORDINE vel TEMPORE

QUO

Quilibet eorum evulgatus fuit.

Cui accessit

Librorum etiam Theologicorum, qui ab eodem Authore exarati sunt, Nomenclatura.

LONDINI,

Excudit *Edovardus Jones* in Typographæo apud Palatium, dictum The *Savoy*, 1688.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

CATALOGUS

Librorum Tractatuumq;

PHILOSOPHICORUM

AB

Honoratissimo Dom. *Roberto Boyle*

Scriptorum, *&c.*

Editoris Monitiones ad Lectorem.

1. *Quùm plurimi viri Ingeniosi, potissimùm Peregrini, Catalogum Librorum omnium ab Honoratissimo Domino* Roberto Boyle *conscriptorum importunis precibus efflagitaverint; cùmq; Authori Ipsi, negotiis aliis districto, ipsorum votis satisfacere non vacaverit; haud incommodum duxi, Catalogum sequentem, ab erudito quodam Medico, Natione Gallo, Authoris Scripto-*

rum ſtudioſiſſimo, quà ex Tranſactionibus Philoſophicis, quà ab excuſis illius Voluminibus, in proprium uſum promò collectum, nunc in Publicum emittere; Qui & ipſe nonnulla Authoris Monumenta in Linguam ſuam Vernaculam (Gallicam, ſcilicet) tranſtulit, eâdemq; excudi curavit.

2. *Litera* L. *ad Marginem picta, Librum deſignatum in Linguam etiam Latinam traductum editumq; ſignificat; reliquorum nonnullis Latio etiam donatis, tametſi adhuc, Idiomate illo, Typis non mandentur.*

3. *Libri, quibus Aſteriſcus* * *præfigitur, abſq; Authoris nomine in Lucem prodiere, etiamſi non dubitetur, quin Ipſius ſint.*

4. *Varios Tractatus, hic memoratos, tanquam è Tranſactionibus Philoſophicis extractos, veriſimile eſt Latinè etiam prodiiſſe, cùm ex iſtis Tranſactionibus Quædam Sermone illo divulgatæ fuerint.*

NOva Experimenta Phyſico-Mechanica de vi Aeris Elaſticâ, ac Gravitate, atq; earundem Effectibus (Novâ Machinâ Pneumaticâ, ab Authoris

thoris Nomine *Boylianâ* appellatâ maximùm facta) ad virum Illuſtriſſimum D. *Carolum* Vice-comitem de *Dungarvan*, Filium natu maximum Comitis *Corcagiæ* in *Hiberniâ*, literis pridem tranſmiſſa.

Defenſio Doctrinæ de Aeris Elatere atq; Gravitate, ab Authore in Novis ſuis Experimentis Phyſico-Mechanicis propoſitæ, adverſus Objectiones *Franciſci Lini:* Ubi etiam ejuſdem Objectoris Hypotheſis Funicularis examinatur.

Examen *Dialogi Phyſici de Naturâ Aeris*, à Domino *Thoma Hobbs* conſcripti; quatenus ſcilicet reſpicit Authoris Librum Nova Experimenta de Aeris Elaterio continentem; unà cum Appendice de Doctrinâ ejuſdem Domini *Hobbeſii* circa Fluiditatem & Firmitatem.

NB. Libri tres prædicti, ſecunda Editione Volumine uno in 4° compinguntur: Primus *Oxonii* excuſus A. D. 1662. Evulgatus fuerat A. 1660. Bini reliqui, *Londini* inpreſſi, A. 1662, primò prodierant A. 1661.

L Chymiſta Scepticus, &c. A. 1661.

L Tentamina quædam Phyſiologica, diverſis Temporibus & Occaſionibus Scripta atq; Collecta: Quibus annectitur Hiſtoria Fluiditatis & Firmitatis in 4°. A. 1662.

L Hiſtoria Experimentalis de Coloribus incœpta 8°, A. 1663. Sive *Initium Hiſtoriæ* Experimentalis de Coloribus.

Conſiderationes quædam de Phyſiologiæ Experimentalis Utilitate, Amico cuidam, familiari diſſertatione, tanquam incitamentum ad Illius ſtudium, propoſitæ, ſecunda Editio, 4°. *Oxon.* A. 1664. Prima in lucem emiſſa eſt A. 1663.

De Utilitate Phyſiologiæ, Pars ſecunda, cujus Sectio prima de Emolumentis ejus tractat, quoad Rem Medicinalem; cum Appendice ad hanc Primam Secundæ Partis Sectionem, 4°. A. 1669.

De

De Utilitate Phyſiologiæ Experimentalis, &c. Tomus ſecundus, poſteriorem Sectionem ſecundæ Partis complectens; 4°. *Oxon.* A. 1671.

Volumen Primum Trium horum Librorum Quinq; Tentamina comprehendit.

Secundum & Tertium. } Idem Argumentum proſequuntur.

Quartum neceſſariam digreſſionem continet de hominibus iis, qui Deum excludere vellent ab Operando in Materiam.

In Quinto, diſcurſus, nuperâ digreſſione interruptus, denuò reſumptus abſolvitur.

Volumen Secundum Quinq; itidem Tentamina continet. Quorum

Primum agit de Utilitate Phil. Exp. ad

ad Phyſiologicam Medicinæ Partem.

Secundum, ad Pathologicam,

Tertium, ad Semeioticam,

Quartum, ad Hygieinalem,

Quintum, ad Therapeuticam.

Volumen Tertium ſex Tentamina complectitur.

Primum Generales quaſdam conſiderationes exhibet de viis & modis, quibus Philoſophia Experimentalis in Vitæ humanæ communem uſum fiat proficua.

Secundum tractat de commodis diſciplinarum Mathematicarum ad Naturalem Philoſophiam.

Tertium commoda perhibet, quæ Diſciplinæ Mechanicæ Naturali Philoſophiæ præſtant.

Quar-

Quartum oſtendit Humani Generis commoda plurimùm augeri poſſe, per Phyſici peritiam in Artibus Mechanicis ; cui adnectitur Appendix.

Quintum agit de harum rerum præſtatione , ſolius Phyſiologiæ ope, quæ Artem Manuariam deſiderare ſolent.

Sextum tractat de Inſigni Hominum Ignorantiâ, circa Rerum Naturalium uſus.

Hiſtoria Experimentalis de Frigore ; cui acceſſerunt diſſertationes quædam de novis Experimentis Thermometricis, unà cum cogitatis nonnullis circa Doctrinam de *Antiperiſtaſi* ; adjungitur etiam

Examen Doctrinæ *Hobbeſianæ* de Frigore, Editio ſecunda, 4°. A. D. 1665.

Tentamina quædam circa methodum injiciendi Liquores immediatè in Maſſam Sanguineam ; communicata

cata in Tranſactionibus Philoſophicis. *Decembr.* 4°. A. 1665.

Obſervata atq; Experimenta de Barometro, ſive Inſtrumento, quo dignoſcitur Gravitas Atmoſphæræ, invento, regulato & incæpto, A. 1659. D. D^ri *Beal*, qui illa continuavit, communicata; quorumq; mentio fit in Tranſactionibus Philoſophicis *Febr.* 12. & *Mart.* 12. A. 1666.

Paradoxa Hydroſtatica, novis Experimentis, maximam partem, Phyſicis & facilibus, evicta: Quibus anſam præbuit D. *Paſchalis* Tractatus, de Liquorum Æquilibrio, Aeriſq; Gravitate, A. 1666.

Narratio Terræ-motus propè *Oxonium* evenientis, unà cum rebus eundem concomitantibus, communicata in Tranſactionibus Philoſophicis, *April* 2. 1666.

Obſervationes novæ ac Directiones circa Barometrum. Ibidem.

Capita

Capita quædam generalia, ad Naturalem cujuſcunq; Regionis, ſive majoris ſive minoris, Hiſtoriam concinnandam facientia; Ibidem etiam communicata.

Formarum & Qualitatum Origo, Conſiderationibus atq; Experimentis illuſtrata, ex Partibus Duabus conſtans. 8°. A. 1666.

Methodus, quâ Aviculæ, ab Ovis extractæ, aliiq; Fœtus minutuli à Putredine præſervari poſſint; in Tranſactionibus Philoſophicis *Maii* 7. communicata, A. 1666.

Deſcriptio Baroſcopii novi, quod Staticum vocari poteſt, &, quoad aliquos uſus, Mercuriali præferendum eſt, in Tranſactionibus Philoſophicis, *Julii* 2. A 1666. communicata.

Experimentum novum Frigorificum, oſtendens, quâ ratione inſignis Frigoris Gradus derepentè produci poſſit, abſq; vel Nivis, vel Glaciei, Grandinis, Ventorum aut Nitri ope, idq; quo-

quovis Anni tempore, communicatum in Tranſactionibus Philoſophicis, *Julii* 18. A. 1666.

Tentamina quædam D. Doctori *Lowero* propoſita, ad promovendam Sanguinis transfuſionem ab uno vivente Animali in alterum, communicat. in Tranſactionibus Philoſophicis *Febr.* 11. A. 1666.

Conſiderationes Liberæ de Formis Subordinatis, ceu Appendix quædam ad Librum, De Origine Formarum & Qualitatum, Anno Superiore editum, nunc autem cum hoc Auctario recuſum, 8°. A. 1667.

Epiſtola de quibuſdam Experimentis, ab Authore ante multos annos factis, Liquores acidos in Sanguinem injiciendo, ad Tranſact. Philoſoph. Editorem, (occaſione Experimentorum quorundam à D. *Farcaſſati* communicatorum) *Octob.* 19. A. 1667. *Oxonio* tranſmiſſa.

Nova Experimenta de Relatione inter Lumen & Aerem, (in Piſcibus & Ligno

Ligno lucentibus) in Epiſtolâ *Oxonio* ad Tranſact. Philoſoph. Editorem, *Jan.* 6. Tranſmiſſa. A. 1668.

Ejuſdem Epiſtolæ Continuatio in Tranſactionibus Philoſophicis, *Febr.* 10. A. 1668.

Experimentorum Novorum Phyſico-Mechanicorum, de Aeris Elaterio & Gravitate cum eorundem effectibus, Continuationis, Pars prima; cui adjungitur Diatribe de Corporum Conſiſtentium Atmoſphæris, *Oxon.* 1669.

Inventum ad æſtimandum Aquæ pondus, etiam Ordinariis bilancibus ac ponderibus, in Tranſactionibus Philoſophicis *Aug.* 16. A. 1669.

Tentaminum quorundam Philoſophicorum, aliorumq; Tractatuum, Editio ſecunda, unà cum Diſſertatione de Abſolutâ Corporum Quiete, 4°. *Lond.* 1669. Prima Editio prodiit, A. 1662.

Nova Experimenta Pneumatica circa Reſpirationem, in Anatibus, Viperis, Ranis,

Ranis, &c. inſtituta, communicat. in Tranſactionibus Philoſophicis *Aug.* 8. A. 1670.

Eorundem Experimentorum Continuatio, in Tranſactionibus Philoſophicis *Sept.* 12. 1670.

Tractatus varii, viz. de Coſmicis (vel Syſtematicis) Rerum Qualitatibus: De Subterranearum & Submarinarum Regionum Temperie; Relationes de Fundo Maris; Quibus ſubnectitur Introductio ad Qualitatum Particularium Hiſtoriam, 8°. *Oxonii* 1670.

Tractatus ſive Commentarii, viz. admiranda Aeris (etiam citra calorem) Rarefactio detecta: Obſervationes novæ circa durationem Aeris Elaterii: Nova Experimenta de Condenſatione Aeris, ſolo Frigore factâ, ejuſdemq; Compreſſione abſq; Inſtrumentis Mechanicis: Ubi etiam oſtenditur, ejuſdem Quantitatis Aeris, rarefacti & compreſſi, mirum in modum diſcrepans extenſio, 4°. *Londini* 1670.

De

De Origine & virtutibus Gemmarum Specimen, 8°. *Londini* 1672.

Obſervationes novæ circa carnem Lucentem, tam vitulinam quàm pullinam, idq; ſine ulla ſenſibili putrefactione in iſtis corporibus, in Epiſtolâ ad Tranſact. Philoſoph. Editorem miſſâ communicatæ in Tranſact. *Decemb.* 16. 1672.

Experimentum Novum de effectu quodam variantis Atmoſphæræ Ponderis, in corporibus quibuſdam in Aquâ poſitis, cujus deſcriptio D. Baroni Broncker. A. 1671. exhibita fuit; Quòdq; conjecturam ſuggerit, Mutationes Aeris, etiam quoad ſolam Gravitatem, poſſe Effectus inſignes, etiam quoad Hominum Ægritudinem vel Sanitatem, producere: Communic. in Tranſact. Philoſoph. *Febru.* 24. A. 1673.

Tractatus varii, viz. Nova Experimenta de Relatione inter Flammam & Aerem; necnon circa Exploſiones: Diſcurſus Hydroſtaticus, Objectionum quarundam D. Doctoris *Henrici Moor*,

&c. occasione, scriptus : Cui adjungitur Epistola Hydrostatica de viâ ponderandi Aquam in Aqua : Experimenta nova de Positivâ vel Relativâ Corporum, subter Aquâ, Levitate ; De Operatione virtutis Aeris Elasticæ in Corpora sub Aquâ posita ; & circa discrepantem Gravium Solidorum & Fluidorum Pressuram, 8°. *Lond.* 1672.

Exercitationes de mirâ subtilitate, insigni efficaciâ, & determinatâ naturâ Effluviorum ; Quibus subjunguntur Experimenta nova, ostendentia, Partes aliquas Ignis ac Flammæ stabiles ponderabilesq; reddi posse ; cum Experimentis de sistendis ac ponderandis Corpusculis Igneis ; una cum detectâ vitri Penetrabilitate à ponderabilibus Flammæ partibus, 8°. *Lond.* 1673.

Literæ *Septemb.* 13. A. 1673. datæ, de Ambrâ Griseâ, & sententia cujusdam, asserentis eam esse Productum vegetabile, memoratæ in Transact. Philosoph. *Octob.* 6. A. 1673.

Tractatus varii, viz. Observationes de maris salsedine : Descriptio Hygroscopii

groſcopii Statici, ejuſdemq; uſus : Cum appendice circa vires Humiditatis Aeris ; annexo etiam Commentariolo de Naturali & Præter-naturali Corporum Statu. Quibus omnibus præfigitur Dialogus Scepticus de Poſitivâ vel Privativâ Frigoris Naturâ ; 8°. *Lond.* A° 1674.

Diſſertatio de Præſtantia & Fundamentis Mechanicæ Hypotheſeos, ex occaſione, Amico cuidam propoſita; quæq; Diſcurſui alteri annectitur, cui Titulus, *Præcellentia Theologiæ cum Philoſophiâ Naturali comparatæ*, 8°. *Lond.* 1674.

Deſcriptio duplicis *Laudani Helmontiani*, unà cum Methodo, quâ Nobilis Baro *F. M. Van Helmont*, (*Johannis Baptiſtæ*, ſummè famigerati, filius) Laudanum ſuum præparare ſolet, in Tranſact. Philoſoph. *Octob.* 2. A. 1674. communicata.

Tractat. varii, viz. ſuſpiciones de latentibus quibuſdam Aeris Qualitatibus, cum Appendice de Magnetibus cœleſtib. nonnulliſq; aliis Argumentis. 2. Animad-

verſiones in D. *Hobbii* Problemata de Vacuo. 3. Diſcurſus de Causâ Attractionis per ſuctionem, 8°. *Lond.* 1674.

Conſiderationes quædam Phyſico-Theologicæ de Poſſibilitate Reſurrectionis, Tractatulo alteri annexæ, cui Titulus, *Conciliabilitas Rationis cùm Religione*, 8°. *Lond*, 167⅘.

Conjectura quædam de veſiculis Aeris in Piſcibus inventis ab *A. J.* communicata, atq; Experimento quodam in Tranſactionibus Philoſophicis, *Apr.* 26. A. 1675. ab Authore ſuggeſto, illuſtrata.

Inſtrumentum novum Docimaſticum, ab Authore Inventum ac Deſcriptum, cum ejuſdem Uſibus, in tribus Partibus, Quarum

Prima, occaſionem exhibet hujus Inſtrumenti primùm conficiendi, unà cum Principiis Hydroſtaticis, quibus innititur.

Secunda

Secunda, Inſtrumenti Ipſius ſtructuram deſcribit.

Tertia, Uſus ejus repræſentat, qui, quoad, Metalla, ſic ſe habent.

1. Ad Detegendum, utrum Aureum quodvis propoſitum (Vulgo *Guinea*) Genuinum ſit vel Adulterinum.

2. Ad diverſos alios Nummos Aureos, ac ſpeciatim Semi-aureos (*Half Guineas*) Examinandos.

3. Ad Exploranda nova Coronata Anglica argentea.

4. Ad Bonitatem Stanni & Metalli iſtius Compoſiti quod *Pewter* vocant æſtimandam.

5. Ad æſtimandum Auri Argentiq; Miſcelas, aliaſq; nonnullas miſturas Metallicas. Hæc omnia Tranſactiones Philoſophicas *Jun.* 21. 1675. abſolvunt.

Decem nova Experimenta de Aeris *Elatere* debilitato, & nonnullis *Effectibus* hactenus non obſervatis: Ubi occurrunt, non modò varia Experimenta, ad detegendum, an non *Aeris Elater*, prout diverſimodè augeri, ita etiam aliis modis, quàm Frigore aut Dilatatione, debilitari poſſit; ſed præterea inuſitata quædam Experimenta exhibentur, ad oſtendendum, Mutationem Colorum in quibuſdam Solutionibus & Præcipitationibus, operatione Aeris interveniente, producibilem: Communicat. in Tranſact. Philoſoph. *Decemb.* 27. 1675.

Diatribe Experimentalis de Mercurio cum Auro incaleſcente, Anglo-Latina, communicat. in Tranſact. Philoſoph. *Febr.* 21. 1676.

Experimenta, Notæ, &c. circa Mechanicam variarum Qualitatum particularum Originem, Productionemve: Inter quæ inſeritur Diſcurſus de Imperfectione Chymicorum Doctrinæ circa Qualitates; unà cum Animadverſionibus

bus quibuſdam in Hypotheſin de Alcali & Acido, 8°. *Lond.* A. 1676.

Hæc Diſſertatio notulas, &c. continet circa Mechanicam Originem ac Productionem

Frigoris,
Caloris,
Saporum,
Odorum,
Volatilitatis,
Fixitatis,
Corroſibilitatis,
Præcipitationis Chymicæ,
Qualitatum Magneticarum, & Electricitatis.

Nova Experimenta circa Figuras Superficiales Corporum Fluidorum, præſertim Liquorum aliis Liquoribus contiguorum: Quæ veriſimile eſt multum facere poſſe ad Phyſicam Theoriam Majoris Mundi Syſtematis perficiendam. Communicat. in Tranſact. Philoſoph. *Jan.* 29. A. 167$\frac{6}{7}$.

Eorundem Experimentorum Continuatio in Tranſact. Philoſoph. *Feb.* 26. A. $167\frac{6}{7}$.

Chymiſta Scepticus, ſive Paradoxa Chymico-Phyſica, circa Experimenta, quibus Spagyrici vulgares evincere ſatagunt, Salem ſuum, Sulphur & Mercurium, eſſe vera Rerum Principia: Quibus, in ſecunda hâc Editione, Expementa varia & Notæ ſubjunguntur, de Chymicorum Principiorum Producibilitate, 8o. *Oxon.* 1680.

Novorum Experimentorum Phyſico-Mechanicorum Continuatio Secunda, in quâ Experimenta varia de Aeris tam Compreſſi quàm Factitii Elatere inſtituta, comprehenduntur, unà cum deſcriptis Novis Machinis, ad illa facienda, excogitatis. A. 1680.

Noctiluca Aeria, Seu Factitiæ cujuſdam Subſtantiæ ſponte Lucidæ nova quædam Phænomena, unà cum ejuſdem Proceſſu, 8o. *Lond.* 1680.

Nocti-

Noctiluca Glacialis, cum Paradoxo Chymico Novis Experimentis innixo, unde Probabile fiat, Chymica Principia in se invicem mutuò converti posse, 8°. *Lond.* 1680.

Apparatus ad Historiam Naturalem Sanguinis Humani, ac præcipuè Spiritûs ejusdem Liquoris. *Lond.* 1684.

Experimenta & Considerationes circa Corporum Porositatem in duobus Tentaminibus instituta, quorum prius de Corporum Animalium Porositate differit; Alterum, de Porositate Corporum Solidorum, 8°. *Lond.* A. 1684.

Memoralia brevia ad Naturalem & Experimentalem Aquarum Mineralium Historiam concinnandam facientia, 8°. 1684.

Narratio Historica mirandi cujusdam Liquoris αὐτοκινήτου Communicat. in Transact. Philosoph. *Novem.* 26. 1683.

De Concordia Medicamentorum Specificorum cum Philosophiâ Corpusculari;

lari; cui acceſſit Diſſertatio de varia ſimplicium Medicamentorum Utilitate uſuq; 8°. *Lond.* 1685.

Tentamen de mirandis Motûs, etiam Languidi & parum vel non omnino animadverſi, Effectibus: Cui acceſſit Diſſertatio Experimentalis de quibuſdam Cauſis Salubritatis & Inſalubritatis Aeris haud animadverſis, ejuſq; Effectis, 8°. *Lond.* 1685.

L De ipſa Natura; ſive Libera in receptam Naturæ Notionem Diſquiſitio. Ad Amicum, 8°. *Lond.* 168[5].

L Diſquiſitio circa Finales Rerum Naturalium Cauſas: Cui adjungitur Appendix de Obſervationibus quibuſdam minùs obviis, circa viſionem depravatam, 8°. *Lond.* 168[5].

CATA-

CATALOGUS

Librorum Theologicorum, &c.

Monitio ad Lectorem.

Quoniam inter eos, qui Authoris Scripta libenter evolvunt, nonnulli Libris ejus de Re Theologicâ tractantibus magis delectantur, (utpote qui ad genium ſuum, ſtudiis Theologicis addictiorem, magis ſapiant,) in Horum gratiam viſum eſt Hujus Catalogi Editionem, Librorum etiam Theologicorum (qui D. Boyle *vulgò aſcribuntur, neq; ab ipſo unquam abrenunciati ſunt) acceſſione locupletare. Tametſi iſtorum plerique (qui ſcil. Aſteriſcon otantur) abſq; præfixo Authoris nomine in Lucem prodierunt.*

AMor Seraphicus quater vel quinquies impreſſus, primo autem A. 1660 Editus in 8°.

Con-

L. Conſiderationes de Sacræ Scripturæ Stylo; Editio Prima A. 1662 Anglicè prodiit: Poſteà in Latinum Sermonem verſa multoties fuit recuſa, 8°.

Reflectiones Fortuitæ in varia Argumenta, cum Authoris Præloquio de hac Meditandi Methodo, Primò A. 1665. Editæ, poſt in Latinum verſæ, nondum tamen Idiomate illo evulgatæ.

Tractatus de Præcellentia Theologiæ cum Naturali Philoſophiâ comparatæ, excuſus A. 1674. 8°.

Conſiderationes de Rationis cum Religione Concordia: Cui annectitur Diſſertatio de Poſſibilitate Reſurrectionis, excuſ. A. 1673. 8°.

Diſſertatio de Rebus Rationem ſuperantibus, cui adjunguntur Monita quædam, de rebus quæ Rationis limites tranſcendere exiſtimantur: Anglicè edit. A. 1681. poſt autem in Linguam Latinam traducta, nondum tamen evulgata, 8°.

De ſumma Veneratione, quâ Humanus Intellectus Deo Opt. Max. obſtrictus tenetur, 8°. A. 1685.

Theodoræ ac *Didymi* Martyria, 8°. *Lond.* 1687.

FINIS.